

DOMINICA XLII.

Ex Quæst. 105. & seqq.

PROXIMI INCOLUMITAS SIT
nobis commendata.

TEXTUS Gen. 9, 6. & 7.

*Vers. 6. Qui effundit sanguinem hominis, per
hominem sanguis illius effunditor: quo-
niam ad imaginem suam fecit Deus.*

*¶ 7. Vos ergo fatificate & augete: progignite
abunde in terra, atque in ea augete.*

QUÆST. 105. Quid flagitat Deus in sex-
to præcepto?

RESP. *Ut proximum neque cogitatione, neque ver-
bis, neque gestibus, nedum factis, vel per
me vel per alium contumelia afficiam,
aut oderim aut ledam aut occidam. Sed
omnem vindictæ cupiditatem abijciam.
Adhæc ne me ipsum ledam, aut sciens in
aliquod periculum conjiciam. Quocir-
ca etiam, ne cædes fierent, Magistratus
gladio armavit.*

QUÆST. 106. Atqui hoc præceptum so-
lam cædem prohibere videtur?

RESP. *Ad cædem prohibendam docet Deus se radi-*

Q 99